

## QVÆST. XI.

*An homo Christianus, adscitus in suscep-  
torem seu ~~orthodoxo~~ infantis ab aliquo, posse se adjungere  
consueptoribus, si in illorum numero sit persona,  
vel in doctrina vel in notorio peccato  
culpabilis?*

1. Considerarem an talis susceptor & compater imbutus esset  
prava aliqua opinione, vel de sacramentis, vel de Articulo aliquo fidei,  
vel an sit notoriè sceleratus impoenitens, ne ob causas non necessarias  
moverem contentiones.

2. Vellēm admonere Pastorem baptizaturum infantem, ut is  
juxta Ecclesiæ consuetudinem faceret officium suum, privatim & se-  
orsim hominem admonendo.

3. Si hoc non fieret, tunc vellem cum illo consueptore lo-  
qui priùs, & illius mentem cognoscere, & si intelligerem, ipsum suam  
impietatem fateri, & in ea sine pœnitentia perseveraturum, vellem  
& pastori & ipsi indicare causas, quare non possem in conspectu Dëi  
cum tali socio apparere, in negotio omnium maximo.

4. Si vel negaret, vel emendationem promitteret, protestari de  
ipsius præsentia vellem. Chemnitius.

## CAPUT XV.

## DE SACRAMENTO S. COENÆ.

Alterum Ecclesiæ Christianæ Sacramen-  
tum Cœna Domini cum sit, itidemq; myste-  
riorum divinorum dispensatoribus commis-  
sum de eo immmediato ordine ut agatur, nece-  
sum est.

SE.